



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)

(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

O3: European Latin Language Certification – Advanced Level - Methodological and Pedagogical tools, Multimedia Practical Tools

Test

(Italian Version: 30.09.2022)

Project Coordinator:

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

Project Partners:

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



ERASmus+

EULALIA (2019-1-IT02-KA203-062286) is an
Erasmus+ Strategic Partnership for Higher
Education (2019-2022)

Test B2-seconda parte (traduzione)
Tradurre la sezione in corsivo
Svolgimento in 60 minuti

Summarium

Pygmalion, artifex optimus, offensus feminarum vitiis, sine coniuge vivebat, cum accidit ei ut imaginem pulcherrimae virginis ex ebore faceret. Ille in amorem fictae puellae incidit: cum ea vivit et loquitur. Die Veneris sacra, Pygmalion Cyprum venit deamque orat ut uxorem tam pulchram quam virgo ex ebore ducere possit. Venus eburneam imaginem in feminam mutat, quacum Pygmalion, gratus, matrimonio iungitur.

1	interea niveum mira feliciter arte sculpsit ebur formamque dedit, qua femina nasci nulla potest, operisque sui concepit amorem. virginis est verae facies, quam vivere credas,
5	et, si non obstet reverentia, velle moveri: ars adeo latet arte sua. miratur et haurit pectore Pygmalion simulati corporis ignes. saepe manus operi temptantes admovet, an sit corpus an illud ebur, nec adhuc ebur esse fatetur.
10	<i>oscula dat reddique putat loquiturque tenetque [...]</i> <i>conlocat hanc stratis concha Sidonide tinctis</i> <i>adpellatque tori sociam adclinataque colla</i> <i>mollibus in plumis, tamquam sensura, reponit.</i>
15	<i>'Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro</i> <i>venerat, et pandis inductae cornibus aurum</i> <i>conciderant ictae nivea cervice iuvencae,</i> <i>turaque fumabant, cum munere functus ad aras</i> <i>constitit et timide "si, di, dare cuncta potestis,</i> <i>sit coniunx, opto," non ausus "eburnea virgo"</i>
20	<i>dicere, Pygmalion "similis mea" dixit "eburnae. "[...]</i> <i>ut rediit, simulacra suae petit ille puellae</i> <i>incumbensque toro dedit oscula: visa tepere est;[...]</i> <i>dum stupet et dubie gaudet fallique veretur,</i> <i>rursus amans rursusque manu sua vota retractat.</i>
25	<i>corpus erat! saliunt temptatae pollice venae.</i> <i>tum vero Paphius plenissima concipit heros</i> <i>verba, quibus Veneri grates agat [...]</i> <i>coniugio, quod fecit, adest dea [...].</i>

